

Contra ipsam ar-  
numenta a n. 37.  
ii ibidem late a  
rum. 40.  
kk Referuntur  
plures in d.c. 1. a  
n. 145. & 2. a  
n. 13. vide etiam  
n. 31. in d.c. 1. &  
iterum a n. 234.  
cum seqq. ubi plu-  
rima alia recen-  
sentur.  
ll c. 1. n. 291. &  
a n. 175. usque  
ad num. 298.  
mm D. cap. 1. a  
n. 154. & 314.  
a Ibid. a n. 122.  
b D. c. 1. a n.  
324. & apparet  
ex responsione ad  
argumenta , &  
qua a num. 222.  
cum multis seqq.  
c C. 1. proleudio 5.  
a n. 220. & c. 2.  
a n. 6. & plurib.  
in locis eorum de  
c. & precipue in  
e. 1. in responsio-  
ne ad 3. argum.  
num. 254.  
d D. c. 2. a n. 15.  
e Et de singulis  
adnotavimus. 1.  
a n. 154. usque ad  
num. 174.  
f C. 2. a n. 1. &  
seqq. & c. prelu-  
dio 4. & pluribus  
aliis locis, ut su-  
perius hoc proœ-  
mio adnotavi.

Et eodem modo satisficit cunctis difficultatibus, quæ in oppositum refragantur, ut procedant in Principe, & iudice temporali procedente cum jurisdictione & in forma iudicii in causis Clericorum, illam usurpante, & perturbante: non tamen in hoc charitativo subsidio, nuda defensione, & protectione naturali b, in qua si quis (suadente diabolo) legitimos defensionis modos excefferit, sciat, se statim incidere in Censuras Bullæ in Cœna Domini, prout expressè declaravit Rot. Romana c, & ex eadem Bulla clarè detegitur, quod nimirum est, cum in re hac defensio naturalis, & Bulla Cœnæ Domini confines sint, & utramque unus limes dividit, scilicet; legitimitatis, & debitus protectionis modus, quo sublato, unum fit contiguum d. Qui quidem regius recursus per viam violentiæ illatæ ab Ecclesiasticis iudicibus non solum in his Hispaniarum Regnis practicitur, sed & in cunctis Catholice religionis & Christianæ Reipublicæ ditionibus usitatus est e, nullibi tamen melius ac perfectius tractatur, sicuti nec tractari potest isthæc materia violentiæ, quàm in regio Senatu Gallico, ubi summa perfectione, & curiositate, tum ob magnam harum causarum frequentiam, curam & experientiam, tum ob continuum & perpetuum laborem Senatorum, & Advocatorum ventilatur, & accuratè discutitur, prout in dies testantur Senatores, qui ibi adfuerunt, postmodumque Cancellarias, & consilia suprema occupant nunc, & ibi adfuerunt retro; & ob id mirabiliter ibidem scitur, ac digestum reperitur univèrsam jus Pontificis. Sine quo igitur recursus magnas turbationes, iniurias & scandala tota respública universalis pateretur, valde utilis & saluberrimus in univèrsam dictus, si cum moderamine inculpatæ tutelæ (hoc est, salva semper in omnibus reverentia sanctæ Matris Ecclesiæ) præbeatur f. Caveant igitur supremi Senatores, ne prætextu potestatis licitæ atque permittæ, in reprobam & prohibitam censuris innodari incidant, cuius causa plerique infelices successus & exemplaria horrenda in sacris literis nobis referuntur, ut in 1. Regum cap. 2. quo legimus de Rege Saül, qui occidi fecit Achimelec, & alios octaginta quatuor Sacerdotes, ac etiam se intromisit in officio Samuëlis Sacerdotis, faciendo sacrificium in Galgala, postmodum infelicem finem obtinuit 1. Regum cap. 13, & de Rege Ozias legitur Paralipomenon 2. cap. 23. relato in cap. nos 2. q. 7. qui cum voluisset usurpare Sacerdotii officium, quod exercebat Azarias, lepra percussus fuit, & de Dino maximo Jur. Consult. dicitur, fuisse revelatum cuidam Eremitæ (ut post Angel. & alios Didac. Perez in l. 17. tit. 3. lib. 1. ordin. col. 144.) esse ad inferos damnatum, eo, quod non faveret Christianæ Religionis. Varia etiam exempla congerit Bobad. in polit. lib. 2. c. 18. a num. 8. Contineantur igitur iudices in potestate permittæ, scilicet; ubi dumtaxat violentiam notoriam ex actorum inspectione repererint, & unum denique sciendum; quod licet vis variis modis applicetur; tamen violentia propriè quadrat oppressioni factæ à iudice litiganti, juxta ea quæ late congerit Card. Tusc. pract. conclus. lit. V. conclus. 214. a n. 1. & per totam, tom. 8.



TRACTATUS  
DE REGIA PROTECTIONE  
VI OPPRESSORUM  
APPELLANTIUM.  
P A R S P R I M A.

CAPUT I.

Quæ sit supremi Principis potestas, quònam iure sustineri valeat in adimenda vi iudicibus Ecclesiasticis illata, & de ejus origine, & principio, ubi plura fundamenta (tum utilia, tum protectionis justificationi omnino necessaria) inseruntur, hætenus à nemine considerata.

SUMMARIUM.

- 1 Recursus ad Regem, seu Senatores regio pro evitandis violentiis ab Ecclesiasticis iudicibus extortis, in triplici esse differentia tradit Author.
- 2 Recursus ad Regem, seu Senatum Regium pro retentione Bullarum Apostolicarum in derogationem patronatus Regii, seu laicorum, & naturalitatis juris, ab exteris, seu naturalibus impetratarum, fit.
- 3 Recursus ad Regem, & Senatum quoties Ecclesiasticus de laico, & causa profana cognoscere vult, quo casu auto de legos decernitur.
- 4 Casus mixti fori, & quibus laicus iudex de Ecclesiasticis vel Ecclesiasticus de laicis cognoscere possint remissive.
- 4 Recursus ad Regem, & Senatum, quoties iudex Ecclesiasticus vim feri proponitur non deferens iusta & legitima appellationi, fit.
- 6 Recursus pro violentia in non deferendo appellationi iusta, est casus intactus dubias continens quæstiones, non tactas, & alias non hucusque secundum recursus istius naturam applicatas.
- 7 Authoris institutum præcipuum est de hac tertia violentiarum specie tractare.
- 8 Nullus hucusque nec Jurista, nec Theologus materiam tangens desinit in errore inveniri sive in principiis, sive in terminis, vel natura hujus cognitionis. Ea quæ docti sunt, malè probantur per eos, qui à domo abfuerunt, ibidem.
- 9 Opus in sex dividit partes Author.
- In prima parte agitur de materia, forma hujus recursus, justificatione, modo & stylo procedendi, & de his quæ ad Senatum non trahuntur, ibidem.
- 10 In secunda parte de violentiis, quæ contingunt in denegata delatione appellationis ab interlocutoriis.
- 11 In tertia parte tractatur de violentiis appellationis denegate à diffinitivis, & in 4. parte de violentiis appellationis denegate in executivis, & executoriis, & eorum excessibus.
- 12 In 5. parte de iusta Bullarum retentione, & quibus casu Salgado de Protect. Reg.

- sibus locum habeat, & de violentiis admittis per conservatores in procedendo, sive in non deferendo iustis appellationibus, & de violentiis tangentibus processus, executiones executorum Apostolicarum gratiarum.
- 13 In 7. parte variarum, & practicabilium quæstionum resolutio tangentium materiam, de qua Author, continetur.
  - 14 Verb. l. 36. tit. 5. lib. 2. recop. notantur, & explicantur.
  - 15 Hoc c. 1. ad justificationem tantum hujus recursus pertinet non ad modum procedendi, de quo c. 2. Author scribit.
  - 16 Jure, & consuetudine est attributa facultas, & potestas Regibus Hispania propulsandi violentias, & tollendi oppressiones à iudicibus Ecclesiasticis factas. Doctores materiam attingentes refert Author, ibid.
  - 17 Sex annis ante Cevallos Author hæc scripta habebat. Ter eandem materiam transcripsit Cevallos, ibid.
  - 18 Hujus Scriptura testimonium, & quo tempore agitata sit, invocat Author.
  - 19 Doctores licet justificationem hujus recursus pertractaverint: non tam ample, quin plura necessaria, & à quibus tota dependet radix potestatis, omiserint.
  - 20 Quæstiones (quibus specialiter casibus violentiam adesse cognoscatur) Authores omnes omiserunt, quas nimio labore, & doctissimorum suasionem Author devolvit.
  - 21 Cevallos licet aliquot violentia casus tetigisset; tamen ad casus de autos de legos, dumtaxat, quos Author ad plures allegatos Doctores superius remisit, eosque hic, omittit, nova inducens.
  - 22 Scriptores debent apes imitari ex autoritate Senecæ.
  - 23 D. l. 36. recop. declaratur, ut non sit novi juris inductiva.
  - 24 Qui declarat, nihil novi facit, sed rei existentiam demonstrat.
  - 25 Princeps secularis non potest legem promulgare circa Ecclesiasticas personas, aut res spirituales, sed in corroborationem juris Canonici, & naturalis secus.
  - L. Regia disponit in auxilium juris Canonici, prohibentis violentas oppressiones, ibidem.
  - 26 Rex Hispania est supremus Princeps, non recognoscens Superiorem, nec Imperio subest.
  - Affertioni Regis Hispania statim est, cum præbet in facto proprio, ibidem.
  - 27 Assertio Principis maxime in antiquis probat, etiam in præjudicium tertii.
  - Doctores afferenti consuetudinem, credendum est, ibid.
  - 28 Contraria, quæ impugnant supremi Regis potestatem tollendi violentias ab Ecclesiasticis factas, referuntur. Concil. Trid. sess. 25. c. 3. verba narrantur, ibid. circa hunc regium recursus.
  - 29 Concil. Trid. sess. 25. c. 20. notatur.